

quid possum deserere pinguedinem meam quæ Deum honorem & homines, & venire ut inter ligna promovear. Dixeruntq; ligna ad arborem ficum: Veni & super nos regnum accipe. Quæ respondit eis: Nunquid possum deserere dulcedinem meam fructusque suavissimos, & ire, ut inter cætera ligna promovear? Locut' èq; sunt ligna ad vitem. Veni & impera nobis. Quæ respondit eis. Nunquid possum deserere vinum meum, quod latificat Deum & homines, & inter cætera ligna promoveri? Dixeruntq; omnia ligna ad rhamnum: Veni & impera super nos. Quæ respondit: si verè me Regem vobis constituitis, venite & sub umbra mea requiescite: Si autem non vultis, egrediatnr ignis de rhamno & devoret cedros Libani, &c.

2. Reg. 14. 9. Remisitq; Ioas rex Israël ad Amasiam regem Iuda dicens: Carduus Libani misit ad Cedrum, quæ est in Libano dicens: Da filiam tuam filio meo uxorem. Transieruntq; bestia saltus quæ sunt in Libano & conculcaverunt carduum.

Prov. 8. à v. 1. ad finem usque persona affingitur sapientia. Itemque. Sap. 7. & 8. cap.

Luc. 1. 38. Dixit Maria Ecce ego ancilla Domini sum fiat mihi secundum verbum tuum, & v. 46. Et ait Maria: Magnificat anima mea Dominum, &c.

Rom. 10. 6. Quæ autem ex fide est iustitia, sic dicit: Ne dixeris in corde tuo: Quis ascendet in coelum? id est, Christum deducere: aut quis descendet in abyssum? hoc est, Christum à mortuis reducere. Item v. 8. Sed quid dicit scriptura? Propè est verbum in ore tuo & in corde tuo: Hoc est verbum fidei quod predicamus.

1. Cor. 15. 55. Vbi est mors aculeus tuus, & inferne ubi est victoria tua? Hic morti aculeus & inferno victoria affingitur.

Apoc. 6. 15. Et reges terra, & principes, & divites, & tribuni, & fortes, & omnis servus & liber absconderunt se in speluncis & in petris montium, & dicunt montibus? Cadite super nos & abscondite nos à facie sedentis super thronum & ab irâagni, quoniam venit dies magnus iræ ejus, & quis poterit stare?